OPORTUNUM AUTEM NUNC uidetur · ut eiusdem genealogię nomina · per inter praetatione̅ quoq; latioribus figuris · ad moralem quantum possumus deriuemus intellectum · In sc̄o igitur abraham · hoc intellegentes studeamus · ut patres sc̄arum gentium · hoc est perfectarum animae uirtutum efficiamur · Quasi euulsis & destructis · disperditis · & dissipatis malis gentibus · hoc est mortiferis uitiis · sanctus hieremias aedificare & plantare iubetur a dn̄o · In quorum typo uitiorum · septe̅ illae chananeorum gentes · ueluti totidem principalia uitia · ab israhelitico deletae sunt populo · Eademq; terra ; ab eodem iure possessa est haereditario · Aduenae etiam istius mundi · in similitudinem abrahae simus & peregrini · sicut omnes patres nostri · Totum quoq; p̄sentis

Karlsruhe LB. Aug. perg. 249, fol. 85v